

De concordia gratie

ste quicqđ vult sine rectitudine vult in iuste. **A** appetitus vero: quos om̄is vocat apl̄s carnē et concupiscētiā in q̄stum sunt: non sūt mali vel iusti: sed q̄ sunt in rationabili creature: vbi nō de bētē dicūtur iniusti. **I**n brutis siquidē animalibus nō sunt mali vel iniusti: quia ibi debent esse. **I**am ex h̄is que sūt dicta sunt agnoscī potest hoīem ideo nō h̄e semper iusticiā: quā sine intermissione debet habere: q̄ nullo mō p̄ illā p̄ se adipisci: vel recuperare. **P**alam etiā est quia d̄s bona facit opera sua sola bonitate: qm̄ ip̄e creat voluntatem cū libero arbitrio dat illi iusticiā p̄ quā operaf. **A** h̄a d̄o facit sola culpa hoīm quia ea non faceret si homo illa facere nō vellat facit tamen h̄ q̄ sūt qm̄ p̄didit in hoīs volūtē quā sine iusticia vñtūr sola culpa hoīminis mala sunt que operaē. **N**on em̄ est culpa dei qui creauit in eo cū libertate arbitrii volūtatem et contulit ei iusticiā vt nihil nisi iuste vellat. **S**ed culpa hoīs qui iusticiā deseruit quā seruare potuit. **D**eus igit̄ habet in bonis q̄dem quod bona sūt p̄ essentiā t̄ quod bona sunt p̄ iusticiā: in malis d̄o solūmodo quod bona sūt per essentiā: nō quod mala sūt p̄ absētiā debite iusticie que nō est aliquid. **H**omo aut̄ habet in bonis quod mala nō sunt: quia cum posset deserere iusticiā t̄ mala fecere nō deseruit sed seruavit p̄ liberū arbitrium dante t̄ subsequēte gratia. **I**n mal' ve-ro hoc solū quod mala sunt: quia ea sola pp̄ia id ē iniusta volūtate facit. **P**uto me iam cōgue posse finē ponere tractatus de tribus difficultib⁹ questionib⁹ que i spe auxili⁹ dei incepī i quo si quidem dixi quod querēti cui libet sufficere debeat nō mihi imputo sed gratie dei meū. **H**oc aut̄ dico: q̄ si quis mihi querenti de questioib⁹ eisdem quādo in eis mens mea rōem querēdo fluctuat ea que retuli respōdisset gr̄asegissē

quia mihi satisfecisset. **Q**m̄ ergo qđ inde manifestatē deo cognoui mihi valde placuit intelligens quia similiter qbus-dam placeret: si hac scriberem qđ gratis accepi ḡtisvolui petētib⁹ impēdē. **E**xPLICIT liber de concordia gratie et liberi arbitrii. **I**nceptūt capitula in libruz de libero arbitrio.

Bodus potē
q̄ stas peccādi nō pertineat ad libertatē arbitrii. **I**.
Quā h̄o et angelus pec-
cauerūt per hāc p̄tātem et libez arbitri-
um t̄ q̄uis potuerūt seruire peccato nō
tamē eis potuit dñari peccatū. **II**
Quō postq̄ se fecerūt seruos pecca-
ti libez habuerūt arbitriū: et quid sit li-
berū arbitriū. **C**ap. III.
Quō p̄tātem habeant seruādi recti-
tudiem quā nō habet. **C**ap. III.
Quā illa tēptatio cogat inuitum pec-
care. **C**apitulū. V.
Quō sit n̄a voluntas potēs contra
tēptatiōes līcet videaf in potēs. **VI**.
Quō sorcior sit q̄ tēptatiō etiā cū ab
illa vincit. **C**apitulū. VII.
Quō nec deus p̄ auferri volūtatis re-
ctitudinem. **C**apitulū. VIII.
Quō nihil liberi⁹ sit rētā volūtate. **IX**.
Quō peccās sit seruus peccati et q̄
maiis miraculū sit cū de⁹ reddit recti-
tudiem illā deserenti q̄ cū mortuo red-
dit vitam. **C**apitulū. X.
Quō ista seruitus nō auferat libertatē
arbitrii. **C**apitulū. XI.
Utr cū h̄o nō habet rectitudinē ma-
gis dicis liber: quia nō potest ei auferri
cum habet: q̄ cū eā habet seruus: q̄ cū
non habet p̄ se nō p̄ recuperare eū. **XII**.
Quō p̄tās seruādi rectitudiem volū-
tatis pp̄ter ip̄am rectitudinem sūt p̄fecta
diffinitio liberi arbitrii. **C**ap. XIII.
Divisio eiusdē libertatis. XIII

De libero arbitrio

Incepit dyalogus beati anselmi canuariensis archiepiscopi de libero arbitrio. **Q**uod potestas peccandi non pertinet ad libertatem arbitrii.

Capitulum I. **D**iscipulus.

Quoniam liberum arbitrium videat repugnare gratiae predestinationi et prescietie dei. ipsa libertas arbitrii quod sit nosse desidero. et utrum illa semper habemus. Si enim libertas arbitrii est posse peccare et non peccare. sicut a quibusdam solet dici. et hoc semper habemus: quomodo aliquando gratia indigemus. Si autem hoc non semper habemus: cur nobis imputatur peccatum quando sine libero arbitrio peccamur? **D** Liberate arbitrii non puto esse potentia peccandi et non peccandi. Quippe si hec eius esset diffinitio nec deus nec angelus qui peccare nequeunt libetur haberent arbitrii. quod nephas et dicere. **D** Quid si dicitur aliud esse libetur arbitrii dei et angelorum bonorum. aliud nostrum. **D** Quamvis differat libetur arbitrii hominum a libero dei arbitrio et angelorum bonorum. diffinitio tamem huius libertatis in utrisque hoc secundum nomen eadem debet esse. licet enim anima differat ab anima li siue substantialiter siue accidentaliter diffinitio tamem secundum nomine animalis omnibus animalibus est eadem. Quapropter propter talem oportet dare diffinitionem libertatis arbitrii que nec plus nec minus illa continet. Quoniama ergo liberum arbitrium diuinum et bonorum angelorum peccare non potest: non pertinet ad diffinitionem libertatis arbitrii posse peccare. Denique nec libertas nec potest libertatis est peccandi potest. Quod ut plane intelligas: intende ad ea quod dicam. **D** Ad hoc suz hic. **D** Que tibi voluntas liberior videtur: illa que sic voluntate potest non peccare et nullatenus

valeat flecti a non peccandi rectitudine. an illa que flecti aliquo modo potest ad peccandum. **D** Cur non sit liberior illa que ad utrumque se habet non video. **D** An non vides quoniam qui sic habet quod decet et quod expediret hoc amittere nequeat: liberior est quam ille qui sic habet hoc ipsum ut possit perdere et ad hoc quod dedecet et non expediret valeat adduci. **D** Nulli dubium hoc esse puto. **D** Hoc quoque non minus indubitate dices. quia peccare semper dedecens et noxiuus est. **D**

Nullus sane mentis aliter sentit. **D** Liberius itaque voluntas est. quo a rectitudine non peccandi declinare nequit quia quod illa potest deserere. **D** His hil mihi rationabilius assiri posse videtur. **D** An putas quod additum minuit et separatum auger libertatem id autem libertatem esse. aut prem libertatis. **D** Non hoc putare possum. **D**

Potestas ergo peccandi que addita voluntati minuit eius libertatem. et si dividatur: auger. nec libertas est: nec pars libertatis. **D** Quid enim homo et angelus peccauerunt per hanc potestatem et libertatem arbitrii. et quis potuerunt seruire peccato: non tamen eis potuit dominari peccatum. **C** apitulum II. **D** Discipulus.

Nihil consequitur. **D** Non pertinet ad libertatem arbitrii. quod sic est extraneum a libertate. **D** Rationibus tuis nullatenus potest dicere quod. Sed non parvum me mouet quia et angelica et nostra natura in principio habuit potestatem peccandi. quam si non habuisset: non peccasset. quare si per hanc potestatem: quod sic aliena est a libero arbitrio peccauit utramque predicta natura: quomodo dicemus eam peccasse per libertatem arbitrii. Aut si per libertatem arbitrii non peccauit: ex necessitate peccasse videtur. Nempe aut sponte. aut ex ne-

o

Liber Anselmi

cessitate. aut si sponte peccauit quos modo nisi per liberū arbitrium. Quare si non p̄ liberū arbitrium utiq; ex necessitate peccasse videtur. Est et aliud quod i hac peccāti potestate me mouet. Qui enī peccare potest seruus p̄t esse peccati. quoniam qui facit peccatum: seruus est peccati. Qui autē seruus potest esse peccati huic p̄t dominari peccatum. Quomodo libera fuit illa natura. aut cuiusmodi liberū arbitriū illō erat cui peccatum dominari poterat. Et per potestatem peccandi et sponte p̄ liberū arbitrium. et nō ex necessitate nostra et angelica natura p̄mitus peccauit et seruire potuit p̄t. et tamē nō illi peccatum dominari poterat. vnde illa nō libera aut eius arbitrium nō liberū dici possit. D Opus habeo ut quod dicas apias. quia clausum est mihi. Per liberū arbitriū peccauit apostata angelus siue primus homo. quia p̄ suum arbitrium peccauit q̄ sic liberū erat. aut illa alia re cogi posset ad peccandum. et ideo iuste reprehendit. quia hanc haberet arbitriū sui libertatem. nō aliqua re cogente. n̄ aliqua necessitate. sed sponte peccauit. peccauit aut̄ per arbitrium suum: qd̄ erat liberū: nō per hoc vnde liberum erat. id est per potestatem q̄ poterat s̄ peccare: et peccato nō seruire. sed p̄ potestatem quam habuit peccandi. quia nec ad non peccandi libertatem iuhabatur nec ad peccāti seruitutem cogebatur. Quod aut̄ cōsequi tibi videt. quia si potuit seruus esse peccati: potuit ei dominari peccatum. et ideo nec illum. nec eius arbitrium liberū fuisse. non ita est. Etenim q̄ sue potestatis ē vt nō seruiat nec alienae potestatis est. vt seruiat q̄uis potestate sua seruire possit q̄diu non illa que est seruendi sed illa que est non seruendi ut p̄ potestate nulla res potest illi dom̄ari vt

seruiat. Nam et si diues liber possit se facere seruum paupis q̄diu hoc non facit. nec ille nomen amittit libertatis nec pauper illi p̄prie dicitur dominari. aut si dicitur improprie dicitur. quia hoc non in eius: sed in alterius est potestate. Quamobrem nihil phibet angelum et hominem ante peccatum liberos fuisse aut liberū arbitriū habuisse. Quomodo postq; se fecerunt seruos peccati liberum habuerunt arbitrium. Capitulum. III. D At secisti mihi q̄ nichil certe hic phibet ante peccatum. Et postq; se fecerunt seruos peccati quomodo liberum arbitriū seruare potuerunt. Licit peccato se subdidissent: libertatem arbitriū tamē naturalem in se interimere nequiebat. sed facere potuerunt vt iam non sine alia gratia q̄ erat illa quam prius habuerunt illa libertate vti non valeat. D Credo s̄ intelligere desidero. D Consideremus cuiusmodi arbitriū libertatem habuerunt ante peccatum. q̄ certum est eos liberū arbitriū habuisse. D Hoc expecto. D Ad quid tibi videntur habuisse illam libertatem arbitriū. An ad assequendum quod vellet. an ad volendum quod deberent et qd̄ illis velle expediret. D Ad volendum quod deberet et qd̄ expediret velle. D Ergo ad rectitudinem voluntatis habuerunt libertatem arbitriū. Quamdiu nāq; voluerunt qd̄ debuerunt rectitudinem habuerunt voluntatis. D Ita est. D Dubium ē ad huc cum dicitur quia libertatem habuerunt ad rectitudinem voluntatis. si non addatur aliud. Quero igit̄ q̄uo habebant illam libertatem ad rectitudinem voluntatis. an ad capiendum eam sine datore cum illam nondū haberent. an ad accipiendum nondū habent. si daretur vt haberent an ad dese-

De libero arbitrio

rendum quaz acceperant et per se resumēdum desertam. an ad semper seruāduz acceptam. **D** Ad capiendum rectitudinem sine datore non puto illos habuisse libertatē. quoniā nihil potuerūt habere quod nō acceperant. Ad accipiendum vero a datore quā nondum habebant ut eam haberent nō est dicēdū eos habuisse libertatem. quia nō est credendum eos factos sine recta voluntate quis nō negandum sit eos libertatē habuisse recipiendi eandem rectitudinem si eam desererent. et ab ipo datore primo illis redderetur. quod i hominibus sepe videmus qui de iniusticia ad iusticiam superna gratia reducuntur.

D Unde est qd dicitis eos posse recipere perditam rectitudinem si reddat. sed nos illaz libertatem quā habuerūt anteq̄ peccarent querimus cū sine dūbio libez habuerunt arbitrium nō illaz qua nullus indigeret si nūq̄ veritatem deseruisset. **D** Prosequar itaq̄ et respondebo ad ea que restant de his q̄ interrogasti. Ad deserendū aut̄ eandē rectitudinē eos libertatem habuisse nō est verum. quia deserere voluntatis rectitudiez est peccare. et potestatem pecandi nec libertatem nec partem esse libertatis supra monstrasti. Ad resumendum vero per se rectitudinem desertā libertatem nō acceperunt cum ad hoc rectitudo illa data sit ut nunq̄ deseratur. Ipa namq̄ potestas resumendi deserit generaret negligentiam seruandiz habitā. Quapropter restat libertatem arbitrij datā esse rationali creature vel nature ad seruādaz acceptam rectitudinem voluntatis. **D** Bene ad interrogata respōdisti. Sed adhuc op̄ est vt consideremus propter qd illā rectitudinem seruare debeat rational' creatura. an propter ipam rectitudinem. aut perpter aliud. **D** Si non illa libertas data esset illi nature. et voluntatis

rectitudinem ppter ipaz seruaret rectitudinem. non valeret ad iusticiam. qm̄ constat iusticiam ēē rectitudinem volūtatis. ppter se seruātam. Sed ad iusticiam pdesse arbitrij libertatem credim'. Quare indubitanter afferendū ē ratio nalez naturam non eā accepisse nisi ad seruādam rectitudinem volūtatis ppter ipsam rectitudinē. **D** Quoniam omnis libertas est potestas. illa libertas arbitrij est potestas seruāndi rectitudinem volūtatis ppter ipsam rectitudinem. **D** Nō potest aliud esse. **D** Iam itaq̄ clarum est libez arbitriū nō esse aliud q̄ arbitriū potens seruare rectitudinem volūtatis ppter ipam rectitudinem. **D** Claruz itaq̄ est. Sed q̄diu ipam rectitudinem habuit seruare potuit qd debuit. Post q̄ aut̄ illam deseruit: quomodo potest seruare quod non habet. Absente ergo rectitudine que seruare possit non est liberum arbitrium quod eam seruare valeat. Non enim seruare valet quod nō habet. **D** Etiam si absit rectitudo voluntatis non tamen rationalis natura minus habet quod suum est. Nullā namq̄ potestatem habemus vt puto q̄ sola sufficiat sibi ad actum: et tamen cū ea desinit: sine quibus ad actum minie perducuntur nostre potestates. non minus eas q̄tum in nobis est habere dicimur. sicut nullum instrumentum soluz sibi sufficit ad opandum. et tamen cum desint illa sine quibus instrumento vti nequimus instrumentū nos cuiuslibet opis habere sine falsitate fatemur. **D** vt in multis aduertas in uno tibi monstrabo. Nullus visum habens dicitur nullatenus videre posse montem. **D** Qui montem videre non potest profecto nullum habet visum. **D** Habet ergo potestatem et instrumentū videnti montem qui visum habet. et tñ si mons abest. et dices ei vide montem re-

Liber

Anselmi

spondet tibi. Non possuz. quia abest: si adesset possem videre. Itē si mons ad-
esset: et lux abesset respōderet se montez
non posse videre: qz nō possz absente lu-
ce. Sed si lux adesset tunc posset. Rur-
sum si visum habenti lux et mons p̄sens
esseret: et aliquid visui obstaret velut si ali-
quis illi oculos clauderet diceret se non
posse videre montem: sed si nihil visui
eius obſifteret: tunc sine dubio montem
videndi potestatē haberet. Hoc
totum omnibus notum est. Ad Vi-
des ergo quia potestas vidēdi aliquod
corpus: alia est in vidente: alia est in re-
videnda: alia in medio idem neqz in vi-
dente neqz in videnda et ea que est i me-
dio: alia est in adiuuante: alia in nō im-
pediente: id est cum nihil quod impedi-
re possit impedit. Video plane.
Ad Quatuor: igitur iste potestates sūt
quarū si quelibet vna desit alie tres sūt:
nec singule: nec omnes simul aliqd pos-
sunt efficere: nec tamē absentibus alijs
negamus: aut enim qui visum habet ha-
bere visum aut instrumentum sive po-
testatē videndi aut rem visibilem posse
videri aut lucem posse visum iuuare.

Quomodo potestatē habeant ser-
uandi rectitudinem quam non habent.

Quarta autem potestas impro-
prie dicitur quod enim solet im-
pedire visum non ob aliud dici-
tur dare potestatē videndi: cum non
impedit: nisi quia nō aufert. Potestas
autem videndi lucem non nisi in tribus
rebus est: quia tunc est idem et quod vi-
detur et quod adiuuat. Nam hoc est oī
bus notum. Nulli itaqz est igno-
rūt. Si ergo absente re quevi-
deri possit in tenebris positi et clausos si-
ue ligatos oculos habentes quantū ad
nos pertinet videndi quamlibet visibili-
lem rem potestatē habemus: quid p-
hibet nos habere potestatē seruādi re-

ctitudinem voluntatis: propter ipsam
rectitudinem etiam absente ipa rectitu-
dine q̄diu et ratio in nobis est: qua eam
valemus cognoscere et voluntas qua il-
lam tenere possumus. Ex his enim con-
stat prefata libertas arbitrii. **D** Sa-
tisfecisti intellectui meo potestatē ser-
uandi rectitudinem voluntatis rationa-
li nature semper inesse atqz hanc po-
testatē in primi hominis et angelorū ar-
bitrio liberaz fuisse quibus inuitis recti-
tudo voluntatis nō poterat auferri.

Et nulla temptatio cogat inuitum
peccare. Capitulum. V.

Sed nūc quomodo est humane
voluntatis arbitrium hac po-
testate liberum cū sepe rectam ha-
bens homo voluntatem ipsam rectitu-
dinem inuitus cogente temptatione de-
serat. **N**emo illi deserit nisi
volendo. Si ergo inuitus vicitur nolēs
nemo deserit illam inuitus: ligari enim
homo potest: et inuitus quia nolens po-
test torqueri inuitus: quia nolens po-
test ocedi: velle autem non potest inui-
tus: quia non potest velle nolens velle
nam omnis volens ipsuz suū velle vult
Quomodo dicitur inuitus mentiri
qui mentitur ne occidatur: cum hoc nō
nisi volens facit. Nam sicut inuitus men-
titur sic inuitus vult mentiri: et qui inui-
tus mentiri vult: nolens vult mentiri.
Ad Ideo forsitan inuitus mentiri de-
citur quia cum sic vult veritatem vt nō
mentiatur nisi ppter vitam: et vult men-
daciū: quia propter vitam et non vult
mendaciū propter mendaciū ipsuz
quoniam vult veritatem: et ideo volens
et nolens mentitur. Alia namqz volūtas
est qua volumus aliud ppter se: vt cuz
volumus salutem propter se et alia cum
aliud volumus ppter aliud: vt cuz volu-
mus absinthium bibere ppter salutem
Unde potest forsita dici fm has diuer-
sas voluntates: quia inuitus non inui-

De libero arbitrio

tus mentitur. Quapropter cum dicitur inuitus mentiri: quia id non vult inquitum vult veritatem non repugnat illi sententie qua dico neminem inuitum desere rectitudinem voluntatis: quia menteo vult eam deserere propter vitam quam voluntatem non inuitus ea deserit: sed volens de qua voluntate nunc loquimur: de illa namque loquimur qua vult mentiri propter vitam non de illa quod non vult mendacium propter se. Aut idcirco certe mentitur inuitus: quia inuitus aut occiditur aut mentitur: id est inuitus est in hac angustia ut ex necessitate horum unum quodlibet fiat: quis enim necesse sit illum aut occidi aut mentiri: non tamen necesse est illum occidi: quia potest non occidi si mentitur: nec necesse est illum mentiri quia potest non mentiri si occiditur. Neutrū enim est determinate in necessitate: quia utrumlibet est in voluntate vel potestate. Ita quoque licet inuitus aut occidatur aut mentiatur: non tamen id sequitur ut inuitus mentiatur: aut ut inuitus occidatur. Est et alia ratio quam frequens habet usus cur inuitus et nolens et ex necessitate dicitur aliquis facere quod tamen volens facit. Nam quod non nisi difficile facere valeamus et ideo non facimus dicimus hoc nos facere non posse et ex necessitate nos sive inuitos deserere: et quod sine difficultate dimittere nequimus: et idcirco facimus hec nos inuitos et nolentes et ex necessitate facere asserrim. Hoc igitur modo qui mentitur ne moriatur mentiri inuitus et nolens dicitur ex necessitate: quia mendacium vitare non volunt sine mortis difficultate. Sicut igitur qui mentitur propter vitas improprie dicitur inuitus mentiri: quoniam mentitur volens: ita non proprie dicitur inuitus vellementiri: quoniam hoc non nisi volens vult. Nam sicut cum mentitur: vult ipsum mentiri: sic cum vult mentiri: vult ipsum velle. Non possum ne-

gare quod dicis. **D** Quomodo itaque non est libera voluntas quam aliena potestas sine suo assensu subiungere non potest. **D** Nonne simili ratione possum dicere voluntatem equi esse liberam: quia appetitus carnis non seruit nisi volens. **D** Non est hoc similiter: in equo namque non ipsa voluntas se subiungit: sed naturaliter subiecta semper necessitate appetitu carnis seruit. In homine vero quodlibet ipsa voluntas recta est: nec seruit: nec subiecta est cui non debet nec ab ipsa rectitudine nulla via aliena auertitur nisi ipsa: cui non debet volens consentiat quem consensum non naturaliter: nec ex necessitate sicut equus: sed ex se aperte videtur habere. **D** Satisfecisti huic obiectioni mee de voluntate equi. Redi ubi eram. **D** In negauimus omnem rem liberam esse ab ea re a qua cogi non volens vel prohiberi non potest. **D** Non video quomodo negem. **D** Dic etiam quomodo superat recta voluntas: et quomodo superatur. **D** Velle ipsam rectitudinem preuerter est illi vincere: velle autem quod non debet est illi vinci. **D** Puto quia temptationem voluntatem non nisi volentem: aut ipsa rectitudine prohibere: aut ad id quod non debet cogere potest: ut illum velit: et istud nolit. **D** Nec hoc vel la ratione falsum esse video. **D** Quis ergo potest voluntatem dicere non esse liberam ad seruandam rectitudinem: et liberam a temptatione et peccato: si nulla temptatione potest illum nisi volenter auertere a rectitudine ad peccatum: id est ad volendum quod non debet. Cum ergo vincitur: non aliena vincitur potestate: sed sua. **D** Hoc monstrant ea que dicta sunt. **D** Nonne vides ex his consequi quia nulla potestas potest vincere rectam voluntatem. Nam si potest habet potestatem vincendi: et sua potestate vincit: sed hoc esse non potest: quoniam voluntas non nisi sua vin-

Liber Anselmi

citur potestate. Quare nullaten^o potest temptationis vincere rectam voluntatem: et cum dicitur improprie dicitur, Non enim aliud intelligitur quia voluntas potest se subiungere temptationi: sicut econtrauerso cum imbecillis dicitur posse vinciri a fortis non sua potestate dicis sed aliena quoniam non significat aliud nisi quia fortis habet potestatem vincendi imbecillum.

¶ Quomodo sit nostra voluntas potens contra temptationes: licet videat impotens. Capitulum sextum.

Quamvis sic omnia impugnativa voluntati nostre subiungas: atque nullam temptationem illi domini nari permittas: ut in nullo possim obuiare assertoribus tuis: non tamen possim dissimulare quandam impotentiam esse in eadē voluntate: quod fere omnes exprimitis: cum violentia temptationis superamur. Quapropter nisi illam potentiam quam probas: et illam impotentiam quam sentimus facias conuenire: non potest animus meus in quietem huius questionis peruenire. ¶ Istam impotentiam quam dicas voluntatis in quo putas esse. ¶ In eo quia non potest perseveranter rectitudini adherere.

¶ Si per impotentiam non adheret aliena vi auertitur a rectitudine. ¶ Credo.

¶ Que est hec vis? ¶ Vis temptationis. ¶ Hec vis non auertit a rectitudine: si ipsa non vult quod suggerit temptationis. ¶ Ita est. Sed ipsa temptationis ipsa sua vi: cogit eam velle quod suggerit. ¶ Quomodo cogit eam velle. An ita ut possit eam quidem nolle: sed non sine graui molestia: an ita ut nullatenus possit nolle.

¶ Quamvis fateri me opteat nos aliquando sic premi temptationibus: ut sine difficultate non valeamus nolle quod suggerunt: non tamen possum dicere quod sic nos vobis opprimant: ut quod mouent nullatenus nolle possimus.

¶ He scio quomodo possit dici. Si enim vult homo mentiri: ut non sustineat mortem: ut seruat vitam ad tempus: quis dicet impossibile velle eum non mori: ut vivat eternam mortem: et sine fine vivat. Quapropter iam dubitare hanc impotentiam seruandi rectitudinem non debes: quam dicas in nostra voluntate esse: cum temptationibus consentimus non esse ex impossibilitate: sed ex difficultate: frequenti namque vsu dicimus nos non posse aliquid: non quia nobis est impossibile: sed quia sine difficultate non possimus. Hec autem difficultas non permittit libertatem voluntatis. Impugnare namque potest inuitam voluntatem expugnare nequit inuitam. Hoc itaque modo puto te posse videre: quomodo convenienter potentia voluntatis: quam ratio veritatis asserit: et potentia quam humanitas nostra sentit. Sicut enim difficultas nequaquam voluntatis intermit libertatem: ita illa impotentia quam non ob aliud in voluntate dicimus esse: nisi quia non potest tenere suam rectitudinem sine difficultate: non auctor eidem voluntati perseverandi i rectitudine potestatem.

¶ Quomodo voluntas fortior sit quam temptationis: etiam cum ab illa vincitur.

Capitulum VII. ¶ Icut nequaquam valeo quod probas negare: ita nullatenus quicquid voluntatem fortiorum esse temptationi: cum ab ea superatur: affirmare. Nam si voluntas seruandi rectitudinem fortior esset quam temptationis impetus: fortius illa volendo quod tenet resistire: quam illa insisteret. Non enim aliunde scio me magis vel minus fortiorum habere voluntatem: nisi quia magis vel minus fortiter volo. Quapropter cum minus fortiter volo quod debeo: quam temptationis mihi suggerit quod non debeo quo-

De libero arbitrio

modo temptatio fortior non sit voluntati mea non video. **A** Ut video equiuocatio voluntatis te fallit. **P** Ipsam vellem equiuocationem cognoscere. **A** Sicut visus equiuoce dicitur: ita et voluntas: vocamus enim visum instrumentum videndi: id est radium procedentem per oculos quo sentimus lucem et ea que sunt in luce; et dicimus visum instrumenti ipsius opus: qui illo utimur: id est visionem. **E**cce modo dicitur voluntas ipsum instrumentum volendi: quod est in anima: et quod conuertimus ad volendum: hoc vel illud: sicut visum ad videndum diuersa conuertimus: et dicitur voluntas visus eius voluntatis: quod est instrumentum volendi sicut dicit visus visus ei⁹ visus qui est instrumentum videndi. **S**icut igitur visum qui est instrumentum videndi habemus etiam cum non videamus: visus autem quod est opus eius non est nisi cum videam⁹: ita voluntas instrumentum scilicet volendi semper est in anima: etiam cum non vult aliud: velut cum dormit: voluntate vero quam dico visum siue opus eiusdem instrumenti non habemus: nisi quando volumus aliquid. **I**lla itaque voluntas quam voco instrumentum volendi una et eadem semper est qui cunctum velimus. **I**lla vero que opus est tam multiplex est quam multa: et quod sepe volumus: quemadmodum visus quem etiam in tenebris vel clausis oculis habemus semper id est: quicquid videamus. **V**isus autem id est opus eius qui et visio noitat ratione numerosus est: et numerosa et quod numerose videntur. **D** Plane video et amo haec voluntatis distinctiones: et iam mihi video: videre quam ex ei⁹ ignoratia patiebar deceptionem. **S**ed tamen tu prosequere quod incepisti. **A** Cum ergo video duas voluntates esse instrumentum volendi et opus eius in qua horum duarum intelligis fortitudinem co-

stare volendi. **P** In illa que est instrumentum volendi. **A** Si ergo scias utrum ita fortis ut eo tenente thaurum indomitum thaurus non posset se mouere: et videoas eundem virum ita tenentem arietem ut ipse aries sese de manibus eius excutiat: putabis ne illum minus fortis in tenendo arietem quam in tenendo thaurum. **P** Illum quidem non dissimiliter fortis in utroque opere iudicabo sed eum sua fortitudine non equaliter uti fatebor: fortius enim operatur in thauro quam in ariete. **S**ed ille fortis est qui fortitudinez habet: actio vero eius fortis dicitur: quia fortiter fit. **P** Sic intellige voluntatem quam voco instrumentum volendi: inseparabilem fortitudinem habere: qua aliquando magis: aliquando minus utitur in volendo. **U**nde quod fortius vult nullatenus deserit: ablato eo quod minus fortiter vult: et cuicunque offertur fortius quod vult statim dimittit: quod non pariter vult: et tunc voluntas quae dicere possumus actionem instrumenti huius quoniam agit opus suum cum vult aliquid. **T**unc inquit voluntas actio magis vel minus fortis dicitur: quoniam magis vel minus fortiter fit. **P** Uper ta iam mihi esse que explicas necesse est ut fatear. **A** Vides igitur quia cum homo habitam rectitudinem voluntatis aliqua in gruente deserit temptatione nulla vi aliena abstrahitur: sed ipse convertit se ad id quod fortius vult.

Q nec deus potest auferre voluntatis rectitudinem. **L**aplm. VIII. **P**.

D Unquid vel deus potest illi auferre rectitudinem. **A** Videlicet de quomodo non possit. **T**otam quidem substantiam: quam de nihilo fecit potest redigere in nihilum. **A** voluntate vero habentem rectitudinez non valet illam separare. **P** Huius tue mihi inaudite assertionis multate rationem expecto. **A** Nos lo-

Liber Anselmi

quimur de illa voluntatis rectitudine: qua iusta dicitur voluntas: id est: q̄ propter se seruatur. Nulla autem est iusta voluntas: nisi que vult quod deus vult eam velle. **D.** Sic oportet fateri que hoc non vult plane iniusta est. **A.** Seruare itaq̄ rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem: est vnicuiq̄ seruanti eam velle quod deus vult illum velle. Si itaq̄ deus separat hāc rectitudinem ab alicuius voluntate: aut volens facit hoc aut nolēs. **D.** Molens nō potest. **A.** Si itaq̄ afferat alicuius voluntati prefatam rectitudinem vult quod facit. **D.** Absq̄ dubio vult. **A.** Utiq̄ alicuius voluntate vult separare eandem rectitudinem non vult ei rectitudinem seruare voluntatis propter ipsam rectitudinem. **D.** Sic sequitur. **A.** Sed iam positū est seruare hoc modo rectitudinem voluntatis esse omni seruanti velle qđ deus vult illum velle. **D.** Si positū non esset ita tamen esset. **A.** Ergo si deus hanc rectitudinem tollit ab aliq̄ non vult eum velle quod vult eum velle. **D.** Nihil cōsequentiū z nihil impossibilius. **A.** Igitur nihil magis impossibile: qđ deum rectitudinem voluntatis auferre. **D.** Tamen facere dicunt quando non facit vt eadē rectitudo non deseratur. Porro dyabolus vlt̄ temptatio ideo dicit hoc facere sine voluntate ipsā vincere: z a rectitudine quā tenet abstrahere: quoniam non promitteret ei aliquid aut minareſ auferre: qđ magis qđ ipsam rectitudinem: vult nullatenus ipa se ab illa quaz aliquatenus vult posse auertere. **D.** Sic planū videtur mihi quod dicas vt nihil contradicī posse existimem.

Qnihil liberius sit recta voluntate Capitulum. IX. **A.**

Eritis itaq̄ nihil liberius recta voluntate cui nulla vis aliena.

potest suam auferre rectitudinē. **N**empe si dicinus: quia cum vult mentiri: ne perdat vitam: aut salutem: cogitur deserere timore mortis aut tormenti veritatem: non est verum. **N**on enim cogitur magis velle vitam qđ veritatem: sed quoniam vt aliena prohibetur: vtrūq̄ seruare simul ipsa eligit qđ maius spōte vlt̄ z non inuita quis in necessitate vtramlibet deserendi posita sit non spōte sed inuita. **N**on enim minus fortis ē ad volendum veritatem: qđ ad volēdū salutem: sed fortius vult salutem. **N**am si presentem videret gloriaz eternā quā statim post seruatam veritatem assecretur: z inferni tormenta quibus post meadowacum sine mora deputaretur: procul dubio mox virium sufficientiam ad seruandam veritatem habere cerneretur. **D.** Aperte hoc videtur eum maiores vires exhibere ad volendum salutē eternam propter se z veritatem propter premium qđ ad salutem temporaleſ seruandam.

Cuomodo peccās sit seruus peccati: z qđ maius miraculū sit cum de redit rectitudinem illam deserenti: qđ cuz mortuo reddit vitam.

Capitulum. X. **A.** Emper itaq̄ habet rationalis homo liberum arbitrium: quia semper habet potestatem seruandi rectitudinem voluntatis: propter ipsam rectitudinem qđ quis aliquando cuz difficultate. **S**ed cum libera voluntas deserit rectitudinem per difficultē seruandi: utiq̄ post seruit peccato per impossibilitatem per se recuperandi. **S**ic ergo sit spiritus vadens z non rediens quoniam qui facit peccatum: seruus est peccati. **Q**uique sicut nulla voluntas anteq̄ haberet rectitudinem potuit eam deo non dante capere: ita dum deserit acceptam non potest eam nisi deo redenter recipere: z maius miraculum exi-

De libero arbitrio

stimo cum deus voluntati desertā redit rectitudinem: q̄cum mortuo redit vitam amissam. Corpus enim necessitate moriendo non peccat ut vitā nūq̄ recipiat voluntatis vero per se rectitudinem deserendo meretur: ut illa semper indigeat. Et si quis sponte sibi mortez infert nō auctor sibi aliud nunq̄ erat amissurus. Qui vero voluntatis rectitudinem deserit: hoc abicit quod ex debito erat seruaturus.

D Valde verum quod dicas de seruitute: quia fuus sit peccati qui facit peccatum et de impossibilitate recuperandi desertaz rectitudinem nisi ab eo a quo pri^o data erat redatur: et ut illam semper teneant indesinenter considerandum est omnib^o quibus datur.

Ista seruitus non auferat libertatem arbitrij.

A Ed hac sententia multum respisti exultationem meā qua iaz putabam esse securum hominez semper habentem libertatem arbitrij.

Quare ipsam seruitutem exponi mibi postulo: ne forte libertati prefatae repugnare videatur. Utraq^z enim sc̄z hec libertas et seruitus est in voluntate: s̄m q̄libet aut liber aut seruus est homo. Si ergo seruus quomodo liber est. Aut si liber quomodo seruus

A Si bene discernas quando non haber prefatam rectitudinem sine repugnantia et seruus est et lib.

Nunq̄ enim est eius potestatis

rectitudinem capere cum nō habet: sed

semper est eius potestatis seruare cum

habet.

Per hoc quia redire non potest

a peccato seru^o est per hoc quia abstra-

hi non potest a rectitudine liber est.

Et a peccato et eius seruitute non nisi p̄ ali-

um potest reuerti.

A rectitudine vero nō

nisi per se potest auerti: et a libertate sua

nee per se nec per alium potest priuari.

Semper enim naturaliter liber est ad ser-

uandam rectitudinem si eam habet: et i-

am quādo quā seruet nō h̄z.

D Suf ficit mihi h̄chuius libertatis et seruitus tisit in codem homine possint esse simili facta concordia.

Cur cum homo nō habz rectitudinem magis dicit liber quia nō potest ei au ferri cum habet: q̄ cum eam habet seruus: quia cum non habet per se: non potest recuperare eam.

Lapīm . XII.

Ed multum nosce desidero cur quando non habet rectitudinem magis dicitur liber quia nō potest ei ab alio auferri cum habet q̄ cum rectitudinez habet seruus quoniam eā non potest recuperare per se cum nō habet.

Per hoc enim quia redire non po-

test a peccato: seruus est: per hoc q̄ ab-

strahi non potest a rectitudine liber est.

Et sicut nunq̄ abstrahi potest: si habet ita nūq̄ potest redire si nō habet.

Quapropter sicut semper habz illam liberta-

tem ita semper habere videtur illam ser-

uitatem.

D Ista seruitus non est

nisi impotentia.

Siue enim dicam^o eas

impotentiam esse redeundi ad rectitu-

dinem: siue impotentiam recuperandiz-

aut iterum habendi rectitudinem nō ob-

aliud est homo seruus peccati: nisi per

hoc quia nequit redire ad rectitudinem

aut recuperare aut habere illam nō po-

test homo non peccare.

Cum autem ha-

bet eandem rectitudinem non habet im-

potentiam non peccandi.

Quare quādo

habet rectitudinem illam non est ser-

uus peccati.

Potestatem autem seruan-

di rectitudinem semper habet: et cum re-

ctitudinem habet: et cum non habet: et

ideo semper est liber.

Quautem queris

cur quando non habet rectitudinem ma-

gis dicitur liber: idcirco quoniam ab alio

non ei potest auferri quādo habet quo-

niā seruus tunc cum habet rectitudi-

nem ideo q̄ nō potest eā recuperare per

se q̄ nō habet: tale est ac si q̄ras cur hō

Liber

Inselmi

cum sol abest magis dicitur habere potestatem videndi solem: propter hoc quod intueri illum potest cum adest; quoniam dicitur cum sol abest habere impotentiam videndi solem: quoniam quando abest non potest eum facere sibi presentem. Sicut enim et quando sol abest habemus in nobis visum quo illum videmus cum adest; sic etiam quando voluntatis rectitudo nobis deesse habemus tantum in nobis aptitudinem intelligendi et volendi qua cum possumus seruare propter se cum eam habemus. Et sicut quando nobis nihil deest ad videndum solem nisi presentia eius: tunc solummodo non habemus illam potentiam quam nobis facit eius presentia: sic tantummodo quando nobis illa rectitudo deest: tunc habemus illam impotentiam quam facit nobis eius absentia. Semper igitur homo habet arbitrii libertatem sed non semper seruus est peccati: sed quando non habet rectam voluntatem.

D Si intente cogitassem que supra dicta sunt quando videndi potestatem in quatuor potestates distribuisti non hec dubitasse quare fateor culpam huius dubitacionis mee.

D Parcam tibi cuicunque sed deinceps ea que dicimus sic presentia cum opus erit huius ut ea nobis necesse non sit repetere.

D Gratias habeo tuam indulgentiam. Sed ne mireris si ea que non consueui; non sunt mihi propter unam auditionem semper omnia ad intuendum in corde presentia.

D Quo potestas seruandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinez sit perfecta diffinitio liberi arbitrii.

D Capitulum. XIII. **D** Ic adhuc si quid in diffinitione libertatis arbitrii quam fecimus dubitas.

D Unum est quod adhuc me aliquatenus in ea sollicitat. Nam sepe habemus potestatem seruandi aliquid que tamen libera non est ut aliena

vi impediri non possit. Hobrem cum dicas quia libertas arbitrii est potestas seruandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinez. Vide ne forte addendum sit quod illam potestatem tam liberaz designet esse ut nulla vi superari possit.

D Si potestas seruandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinez aliquando inueniri posset absque illa quam persperimus libertate expedire: ut quod dicas adderetur.

D Sed cum dicta diffinitio sic perfecta: sit ex genere: et differentiis: ut nec minus aliquid claudat: nec plus quam querimus libertas nihil illi addendum aut demendum inteligi potest.

D Estenim potestas libertatis genus.

D Aut additum est seruandi separat eam ab omni potestate: que non est seruandi: sicut est potestas ridendi: aut ambulandi: addendo vero rectitudinem decernimus eam a potestate seruandi aurum: et quicquid non est rectitudo per additamentum voluntatis segregatur: a potestate seruandi rectitudinem aliarum rerum ut virge aut opinonis.

D Per hoc autem quod dictum est propter rectitudinez ipsam dividitur a potestate seruandi rectitudinem voluntatis propter aliud: ut cum seruat propter pecuniam aut naturaliter.

D Seruat enim naturaliter canis rectitudinem voluntatis: cuicunque amat catulos suos aut dominum suum sibi benefacientem.

D Quoniam igitur nihil est in hac diffinitione quod non sit necessarium ad concludendam libertatem arbitrii rationalis voluntatis: et ad alia excludenda: et sufficienter illa includit: et alia excluduntur: nec habundans utique nec indigens est hec nostra diffinitio.

D Ita ne tibi videtur.

D Hibi igitur perfecta videtur.

D Dic quoque si quid vis amplius de libertate hac propter quam imputatur illam habent: siue faciat bonum siue malum.

D De hac ei sola nunc noster est sermo.

De veritate

Divisio eiusdem libertatis,
Capit. XLI. **D**iscipulus.
REstat nunc ut diuidas eandem
libertatem: quoniam enim secundum
hanc dissinitionem communis
sit omni rationali creature vel nature:
multum tamen differt illa que dei est:
ab illis que rationalis nature sunt: et ille
ab iniucem'. **L**ibertas arbitrii
alii est a se que nec facta est: nec ab
alio accepta que est solius dei: alia a deo
facta et accepta que est angelorum. Fa-
cta autem sive accepta alia est habens re-
ctitudinem quam seruat: alia carēs ha-
bent: alia tenet separabiliter: alia inse-
parabiliter. Illa quidem que separabi-
liter tenet: fuit angelorum omnium an-
teq[ue] boni confirmarentur: et mali cade-
rent: et est omnium hominum ante mor-
tem qui habent rectitudinem eandem.
Que vero tenet inseparabiliter est elec-
torum angelorum et hominum. Et an-
gelorum electorum post reproborum rui-
nam et hominum post mortem suam: illa
autem que caret rectitudine alia carē
recuperabiliter: alia irrecuperabiliter.
Que recuperabiliter caret: est tantū in
hac vita omnium hominum illa caren-
tium: quoniam illam multi non recuperent.
Que autem irrecuperabiliter caret: est re-
proborum hominum: et angelorum. scilicet
angelorum post ruinam: et hominum post
hanc vitam. **D**e dissinitione et
diuisione libertatis huius deo annuēte
misi satisfecisti: ut nihil queam inueni-
re quod necesse habeam de illis interro-
gare.

Explicit liber de libero arbitrio.
Incepit prologus Anselmi in librum
de veritate.

Restractat²
pertinentes ad studiū sacre
scripture quondam feci diuer-
sis temporibus consimiles: in hoc quia

facti sunt per interrogationem et respon-
sionem et persona interrogantis nomi-
mine vocatur discipuli respondētis: & do
nomine magistri. Quartum enim quē
simili modo edidi: non inutilem ut pu-
to introducendis ad dyaleticam: cuius
initium est de grammatico: quoniam ad
diuersum ab his tribus studium pertinet
istis nolo connumerare. Unus horum
triū est de veritate: quid scilicet sit veritas
et in quibus rebus soleat dici: et quid sit
iustitia. Alius vero de libertate arbitrii
quid sit: et utrum eam semper habeat ho-
mo: et quot sint eius diuersitates in ha-
bendo vel non habendo rectitudinem vo-
luntatis: ad quam seruandam est data
creature rationabili: in quo naturalem
tamen fortitudinem voluntatis ad seruan-
dam acceptam rectitudinem: non quo-
modo necessarium ad hec ipsum illi sit:
ut gratia subsequatur ostendit. Tercius
autem est de questio[n]e qua queritur: quid
peccauit dyabolus: quia non stetit in ve-
ritate cum deus non dederit ei perseuer-
rantiam: quam nisi eo dante habere no[n]
potuit: quoniam si acus dedisset: ille ha-
buisset sicut boni angeli habuerunt illā
qua illis dedit deus. Quem tractatur?
Quis ibi de confirmatione bonorum an-
gelorum dixerit: de casu dyaboli intitu-
lauit: quoniam illud contingens fuit de
bonis angelis: quod dixi. Quod autem
scripti de malis: expositio fuit questio[n]is
Qui videlicet tractatus: quis nulla co-
tinuatione dictaminis cohoreant: mate-
ria tamen eorum et similitudo disputati-
onis exigit: ut simul eo quo illos cōme-
morauit ordine conscribantur: licet itaq[ue]
a quibusdam festinantibus alio ordine
sunt transcripti anteq[ue] perfecti essent: sic
tamen eos ut hic posui volo ordinari.

Explicit prologus.

Incepit liber de veritate anselmi archiepi-